

169 recuperaverunt, & Ripam, unde lis fuit, retinuerunt.

Anno 1114. Pisanus Populus jussu D. Paphalis Papæ Secundi perrexit Majoricam cum 300. diversorum nominum navibus, & die S. Sixti de Arno exivit cum immenso ploratu senum, parvulorum, & mulierum; & devenerentes prius ad Insulam Evisam, civitatem ibi fortissimam sitam, & dictam similiter Evisam, per mensem obsederunt, & pluribus & damnis hinc inde præmissis præliis eam ceperunt, innumerabilis Saracenorum multitudo detruncata, scilicet die Sancti Laurentii. Et præterea die Sancti Bartholomæ ad Insulam Majoricæ applicuerunt, & eam per sex Meses obsederunt, & tamdem usque per totum mensem Aprilis eam devicerunt non modò, sed Insulam Minoricam etiam, Regemque occiderunt, & per gratiam Dei omnipotens suus filius nomine Lambertus, postea Canonicus Sanctæ Marie factus, & sua Mater Regina Christiana devota Sanctæ Mariae permanxit, ibique obiit. Pisani ultra quinquaginta Saracenorum millia occiderunt, & Christianos ibi captos per diversa tempora ipso die de carcerebus liberaverunt, qui numero inventi sunt triginta millia. Ante tamen quam Pisani ad Evisam devenirent, quando eam ceperunt, in Litore Barchinonensi passi sunt navium multarum jastram ac naufragium. Sed quis enumerare posset dispendia, pericula, & mortalitatem, quam Pisani passi sunt ibi? In ipso quippe itinere per viginti sex menses steterunt, quod obliti sunt totaliter omnium copiosarum pœnarum ac dolorum; sed tandem tantam exaltationem victorie reduxerunt.

Anno 1116. Comitissa Matilda obiit.

Anno 1118. Magnus terrmotus fuit, & quamplures turres ceciderunt.

Anno 1119. Gelasius Secundus Papa in retributionem tanti doni, quod Pisani Romanæ Ecclesiæ, & toti Mundo de Majoricana victoria fecerant, Pisani venerunt; & consecravit novam majorem Ecclesiam Pisaniorum; & concessit, & dedit Archiepiscopum Pisaniæ civitati, quia usque tunc tantum Episcopus erat, excepto Daiberto, qui quamvis declaratus non potuit residere, quia eodem tempore fuit creatus Patriarcha (2) Civitatis Sanctæ Hierusalem. Et nota, quod Pontifex supradictus, quando Pisani ierunt Majoricam, suis manibus Pisani dedit Vexillum vermileum; unde ex tunc Pisani Civitas vermileo uitur ubique Vexillo.

Anno 1119. Januenses invidia moti de honore, & de tanta temporali & spirituali exaltatione Pisaniorum, guerram subito incepserunt, damna Pisani, quæ poterant, inferentes, unde Deo, & Gloriosa Virgine Maria eis propitiantibus,

Anno sequenti 1120. die Sancti Sixti in Portu Veneris Pisani Januenses vicerunt. Eodem Anno Petrus Archiepiscopus Pisanius, & Daiberti successor, qui dux fuit supradictæ Pisaniæ classis unâ cum multis ex suis Canoniciis, diem clausit extreum cum magno totius civitatis moerore.

Anno 1122. Januenses irati de prædicta victoria, quam Pisani de se habuerunt, ad fau-

A ces Arni cum galéis XXII. venerunt; & tunc Pisani apud Majorem Ecclesiam erant cum Papa, qui consecrabat quædam Altaria. Et sic, Deo volente, accidit, ut Pisani illuc accurentes vicerint, & fugaverint Januenses, & galéas sex ex ipsis ceperint, unde & Altarium consecrationem Januensem protervia exaltavit, & Pisaniorum honorem.

Anno 1134. Incepcta est lis à Pisaniis contra Regem Siciliæ nomine Rogerium inimicum Ecclesiæ Romanae.

Anno 1135. Tertio Calendas Junii Pisani est celebratum Generale Concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos, in quo Concilio Ingilbertus de Marchia Thuscianæ investitus est, qui postea defensus est à Pisaniis, & à Lucanis. Anno sequenti devictus apud Fucecchium in campo, Pisani fugiens, lachrymæque plures effundens, à Pisaniis vindicatus est.

Anno 1136. De mandato Summi Pontificis Pisani XLVI. galéas armaverunt, & in Siciliam transfretaverunt, & pugnando, & præliando audacter, civitates Amalfitanam, Raevelli, Scalam, & Scalellam majorem & minorem ceperunt. Sed cum tertia die post prædictam victorianam Pisaniorum pars obsideret Fractæ Castræ Rivelli cum ædificiis & gattis, Rogerius supradictus, qui apud Salernum tunc erat, cum septem millibus militibus, & LX. galéis, & multo alio Populo, Pisani obsidentes dictum Castrum devicit, & fugavit, usque ad mare, & ex eis 596. cepit. Post dies autem 23. devastata Ychia majori, Pisani Sexto Idus Septembri Pisani reversi sunt.

Anno 1138. Pisani iterum fecerunt stolum contra suprascriptum Rogerium, & device- runt, sibi tributarias fecerunt civitates Amalfi, Trani, Scalæ, Scalellæ, & Fractæ Rochæ, & Pugrelæ, & totum Amalfitanum Ducatum, ipsasque jurare fecerunt ex tunc D. Papæ Innocentio, & Imperatori Lothario obediens, ut dominis, contra prædictum Rogerium. Postmodum Pisani IX. Cal. Augusti Salernum ierunt, ipsumque per XV. dies ob- sessum tenuerunt. Et sic post hæc Rogerius prædictus cum Pisani pacem fecit, & rever- sus est Pisaniorum felix stolus XIII. Cal. Octo- bris.

Anno 1140. Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim per Anno septem, aliaque digna fecerunt.

Anno 1144. Incepcta est guerra inter Pisanios, & Lucenses; nam Pisani propter injuriam de Castello Aginolfi eis à Lucanis illata, fecerunt contra Lucenses exercitum contra ipsum Castrum; quod erat Pisaniorum ab Anno Domini 1128. Et propter injuriam similiiter de strata Francorum, & Arni, Castellum de Vurno a filio Suffredi acquisiverunt, ipsumque per Annos sex viriliter tenuerunt, quamvis Lucenses ipsum annuatim acriter obside- rent. Post sextum quippe Annum idem Castrum à Nepotibus suprascripti Suffredi reha- buerunt, datis eis libris Lucanæ moneta 500. ipsumque funditus diruerunt. Ante tamen quam ipsum castrum rehabet, quoniam ipsum annuatim obsidebant, Pisani districtum Lucanum quasi undique concremabant. Et tunc ceperunt Pisani Castellum de Insula Pa-

dulus

plomate per eundem Fabrorum Universitatæ Pisaniæ concessum Anno 1095. tab. num. 1219. &c.

(2) Advertendum est, Daibertum etiam post prædictam victorianam Pisani Archiepiscopum referuisse aliquantulum ante Patriarchatus Inveftitoriam, ut colligitur ex Indulgientiarum Di-